

capitulum XVII

- (1) Tum demum Liscus oratione Caesaris adductus quod antea tacuerat proponit: esse non nullos, quorum auctoritas apud plebem plurimum valeat, qui _____ ($<=>$ publice) plus possint quam ipsi magistratus.
- (2) Hos _____ ($<$ *seditio; adi.*) atque improba oratione multitudinem deterrere, ne frumentum conferant quod debeant: praestare, si iam principatum Galliae obtinere non possint, Gallorum quam Romanorum imperia perferre, neque dubitare, quin, si Helvetios superaverint Romani, una cum reliqua Gallia Aeduis libertatem _____ (*eripio; fut. periphr. praes.*).
- (3) Ab isdem nostra consilia quaeque in castris gerantur hostibus enuntiari; hos a se _____ (= *contineri; < arceo*) non posse.
- (4) Quin etiam, quod necessariam rem coactus Caesari _____ (= *enuntiaverit*), intellegere sese quanto id cum periculo fecerit, et ob eam causam quam diu potuerit _____ (*taceo; inf. perf. act.*).